

Q.K. 381, 19.

(X4904064)



COPIA

Literarum

CÆSARIS,

AD

REGEM SVECIÆ

Ad suas 12. Octobr. cum oblatione  
mediationis profopendis differentiis inter  
Poloniam ad Sueciam exortis &c.

16. Novemb. 1655.



C O P I A

Electorum

C A E S A R I S

AD


R E G E M S W E D I E

Ad ius 12. Octobr. cum oblatio-

ne meditationis propitiandis discretis iur-

Poloniam ad suam exornare

16. Nov. 1657





Iteras Ser.<sup>is</sup> V.<sup>re</sup> 12. mensis pro-  
 ximè præteriti, Casimiræ ad  
 Cracoviam datas accepi-  
 mus, & ex iisdem præter ea,  
 quæ de suis indicto Regno  
 successibus nobis benevolè  
 communicat, perquam li-  
 benter intelleximus, nihil ipsi in illa vicinia pri-  
 us antiquiusq; fore, quàm ut & amicitiam no-  
 stram omni meliori ratione tueri, & iis rebus stu-  
 dere possit, quæ vicinitatis leges inter amicos si-  
 bivendicare videntur, prout etiam confidat  
 nos semper paria relatuos, affectumque nostrum  
 erga Ser.<sup>ten</sup> V.<sup>ram</sup> integrum illibatumq; ipsi cor-  
 servatuos esse; & admonuit sanè nos hac tam  
 amica contestatione Ser.<sup>tas</sup> V.<sup>tra</sup> non modo eo-  
 rum, quæ Seren. V. partim per literas partim per  
 ministros suos jam ante, in hac materia ad nos  
 A 2 per-

perscripsit, & perferri voluit, verum etiam re-  
 sponsi ad eam à nobis 24. Augusti proximè ela-  
 pti dati, quo eam, cum de mutuo sinceræ bene-  
 volentiæ affectu assecurabamus, tum id quoque  
 in proximis significabamus, nihil nos magis o-  
 ptare, neque Reipublicæ Christianæ quicquam  
 magis expediens ac necessarium judicare, quàm  
 ut exortæ inter ipsam & Seren.<sup>m</sup> Regem ac Re-  
 gnum Poloniæ differentiæ quantocius amica-  
 bili compositione sopirentur quæ quidem lite-  
 ræ, quin rectè ad eandem serenitatem V.<sup>ram</sup> per-  
 venerint, neutiquam dubitamus;

Jam quod ab illo tempore eadem illa pacis re-  
 staurandæ cura apud nos minime diminuta, sed  
 aucta potius intensaque fuerit, utpote qui con-  
 cussum & strepitum tot tamq; variorum armo-  
 rum in vicinia nō nisi graviter sentire possimus,  
 existimamus Ser.<sup>m</sup> V.<sup>ram</sup> per Sua prudentia faci-  
 le judicare posse, fuit quidem ea spes nostra fore,  
 ut tractatus amicabiles, communi consensu  
 Stockholmiæ ac postea Stetinum indicti ad  
 effectum perducerentur, perq; eos periculum S.  
 R. Imperio & finitimis ejusdem provinciis ex il-  
 lo tot

5.  
lo tot tamque variarum gentium in Regno Po-  
loniæ inter se digladiantium concursu immi-  
nens averteretur; Et dolemus sanè, quòd vel pri-  
mus ille exardescens belli impetus, vel aliæ for-  
tè causæ tractationi illi locum tum non dede-  
rint, & habuit interim Ser.<sup>tas</sup> V.<sup>ra</sup> eos in illo re-  
gno successus, de quibus per novissimas suas a-  
micè nobis significare voluit. At enim cum per  
eos ut belli facies alterata sit, causas tamen ejus  
mutatas, aut animum Ser.<sup>tis</sup> V.<sup>ra</sup> à pacis consiliis  
aversum esse censendum non sit, cum id Seren.<sup>tis</sup>  
V.<sup>ra</sup> contestatum semper amicæ compositionis  
studium non ferat, nobisve persuadere permit-  
tat. Quippe quam (ut de aliis taceamus) non la-  
teat, quanti totius Christiani orbis inter sit, Re-  
gnum Poloniæ quod contra quosvis hostiles in-  
sultus stetit, post tot aliunde perpessa bellorum  
incommoda, non enervari penitùs, & ad extre-  
mæ debilitatis terminos reduci, omninò confi-  
dimus, eandem nostram reducendæ pacis solli-  
citudinem à Seren.<sup>te</sup> V.<sup>ra</sup> non aliter quàm in o-  
ptimam partem acceptum iri.

Et quandoquidem non dubitamus, quia

A 3

Ser.



Ser.<sup>issimus</sup> Rex, & Regnum Poloniae ad eandem  
 compositionem non minus propendeant, pro  
 eo sane munere, quod nobis in Republica Chri-  
 stiana inter Reges & Principes ejusdem supre-  
 ma divinitas summum imposuit, aliter non po-  
 tuimus, quam ut tot tamque praegnantium rati-  
 onum ad id nos impellentium momētis manus  
 daremus, adeoque operam interpositionis no-  
 strae ad reconciliandos animos inter se dissiden-  
 tes utrique parti amicè offeremus. Cumque  
 eam in æquanimitate Seren.<sup>issimis</sup> V.<sup>rae</sup> repositam ha-  
 beamus fiduciam, fore, ut nec ipsa huic pacificæ  
 & tam ad universæ Reipublicæ Christianæ, tum  
 non minus Seren.<sup>issimis</sup> V.<sup>rae</sup> quam cujusvis alterius  
 partis bonum collimanti intentioni nostræ sit  
 adversatura, sed potius gratam acceptamq; ean-  
 dem habitura, quin etiam moderatæ pacis glo-  
 riam cuivis alii non sine multorum innoxiorum  
 sanguine parto vel pariendo triumpho prælatu-  
 ra: ac vel maxime cum non dubitemus, quin &  
 divina bonitas huic consilio nostro benignè ad-  
 spiratura, idque concessura sit, ut bello san-  
 guinolento omninaque vastanti ad omnium  
 per

per æquam satisfactionem ac securitatem finis imponatur.

Idcirco Ser.<sup>ti</sup> V.<sup>ra</sup> cum per literas hasce nostratum per earundem exhibitorem expressum ablegatum nostrum (tit.) Franciscum Eusebium comitem à Pöttingen, de hoc consilio nostro significare volumus, prout non minùs per alium expressum ablegatum nostrum prædicto Ser.<sup>mo</sup> Regi Regnoque Poloniæ significandum curamus, expectaturi super hoc à Ser.<sup>to</sup> V.<sup>ra</sup> non modo desideratam, de qua non dubitamus declarationem, verùm etiam expressionem quo loco & tempore id negotii pro commoditate tam sua & Seren.<sup>mi</sup> Regis Regnique Poloniæ, quàm nostra suscipi, quam opportunissimè esse existimet, quo & nos & d. Serenissimus Rex Poloniæ, quæ ad id inchoandum promovendumque pertinent, maturè, disponere & apparare possimus. Cæterum sicuti nobis ea quam Serenitas V.<sup>ra</sup> nobis tam per literas quam consiliarium etiam suum hîc ad aulam nostram Residentem de sincero suo in nos amicitia & benevolentia studio præstare voluit, contestatio admodum

AK 11 6724

8.

modum grata accidit: Ita eandem de pari no-  
stro in se affectu securam esse volumus. Quo ad  
reliqua à d. Residente Seren.<sup>tis</sup> V.<sup>rae</sup> scripto pro-  
posita ad responsum nostrum super his eidem  
datum nos referentes: Serenitatem V.<sup>rae</sup> divinae  
tutelæ ex animo commendamus. Viennæ  
16. Novemb. 1655.



modum

1077





Q.K. 381, 19.

CAE  
REGE  
Ad suas 12.  
ne mediationis  
Poloniar



S,  
Æ  
atio-  
inter

